

395

393

399

389

404

384

444

344

494

294

Ende

Anfang

380

devotione Christiani orientales et occidentales. Sarraceni autem nobis invidentes communiter locum stercoribus foedant, et lapides, quos peregrini solent deosculari, immunditis profundunt. Et in illo die, quando ad locum venimus, reperimus ipsum recenter turpiter foedatum. In quo facto non tantum Sarracenis facientibus indignati sumus, quantum in nos ipsos frenduimus, scientes per retro, quod exigentibus peccatis nostris hoc Dominus permittit, et ad hoc Sarracenis instigat fortis spiritu, ut loca sanctissima dehonestentur in oculis peregrinorum nobilium et militum, ut et sic moveantur ad succendum terrae sanctae, et ad vindicandum malitiam tantae injuria, et ad zelandum loca redemtionis (**146 A**) nostrae. Quod autem Deus Sarracenos ad hoc instiget instinctu fortis, patet ex eo, quod locus ille est satis longe ab hominibus, et oportet stercore collecta de civitate portari in urceo, vel de supino montis Oliveti, ubi etiam sunt habitationes, et industrio loca nobis venerabiliora liniri immunditiis, quam immundam actionem nullus faceret, nisi fortiter instigatus alio spiritu, quam humano. Sed et hoc bonum in illo facto turpi apparebat, quod judicant, nos illis locis multum affectos et per consequens fortis Christianos, et dum vident, nos non obstantibus stercorationibus honorare et deosculari loca sancta, etsi non aedificantur, tamen confunduntur. Ad locum ergo illum accessimus, et vestibus tersis immunditiis locum devotius deosculati sumus, et quadam compassionem ad majorem pietatem et reverentiam moti sumus, prosterentes nos ad immunditias propter locorum sanctorum dignitatem, et indulgentiarum (†) participationem. Sicut quis videret eucharistiam in luto jacere, mox in lutum caderet, nec se deturpari curaret, dummodo irreverentiae sacramenti obvenire posset.

Locus, ubi Petrus abscidit auriculam Malcho nequam.

Inde consequenter processimus parum infra ad latus maceriae horti illius. Lapide signatus est ibi locus, ubi S. Petrus stetit, et videns Malchum quandam ministrum durissima alapa faciem Domini caendentem exarsit zelo, et occurrentem Malchum petiit gladio, volens sibi dividere caput. Quo ictum

